68
13 C
47

DE FRAGILITATE HVMANA ORATIO HABITA IN SACELLO PONTIFICVM PVRPVRATIS PATRIBVS ASSISTENTIBVS.

PHILIPPO AB AVSTRIA HISPANIArum Regi potentiſſimo conſecrata.

A FRANCISCO SCANTIO IVRISconſulto Mediolanenſi.



BIBLIOTECA NAZIONALE V.E.
ROMA

ROMAE.
Apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralem
Anno Domini 1565.

PHILIPPO AVSTRIACO REGI. *Auctor.* S. P. D.

NOLI mirari Sereniſſime Rex ſi atratum Orationis genus cui titulus flebilis eſt prȩfixus nomini tuo maximo conſecra-re fui auſus: Debent benigniſſimo Principi non ſecus ac peritiſſimo medico cõfidenter, vulnera & vulcera, calamitates incrudeſcentes, & miſeriæ ſæuientes manifeſtari, vt illis viſis ac cognitis miſereatur noſtri quia multũ repleti ſumus deſpectione, commotusq; Princeps dicat confidite filij quia ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuȩ, ita oculi mei ad vos donec miſerear veſtri, nõ ab re iſtud factitatum exiſtima, verum potius ea ratione accedente quo à nomine & maieſtate tua obſcura Oratio ſerena reddatur, quæ non aliunde maiorem ſerenitatem habere poteſt q̃ ex Sanctiſſimi numinis tui tutiſſimo Clipeo, ſic ſperare ſic ꝑbabiliter exoptarĩ debet quicũq;: Nonne humanæ conditionis fragilitatem ſæpius tu vnus fuiſti expertus, vt caput totius corporis in per dilecta lectiſſima vxore Maria prima, necnon in optima Regina ſecunda Maria vxoribus ſucceſſiuo tempore amiſſis, hic ſenſiſti q̃ amara ſit rerum fragilium conditio; in Patre Inuictiſſimo Carolo Cæſare tu & totus terrarũ Orbis ſenſerunt ſummo dolore animi q̃ vana ſit, q̃ fugax, falſa huius mundi gloria, quæ cito datur citiſſime arrepta tollitur, hoc idem ſummo lucto, in ſo-

rorio Henrico ſecundo Gallorum potentiſſimo Rege ſenſiſti, quem in tanta nominis tui gloria Iure merito geſtientem repentina mors inter arma tubarumq; clā gores immature excepit, hoc idem in Ferdinando Cęſare Imperatore patruo extincto non mediocri luctu animiq; tui męrore fuiſti exptus; ſed hæc omnia omit tam in quibus nō ſolum animus a factis, verum aures a cōmemoratione abhorrent. Ex his optime addiſces in futurum qualiter aliјs miſereri debeas, Quid dicā heus de recēti illa periculoſa nimis, tumultuaria, turbulenta, Turcarum agitatione, qui immaniſſime cōtra fideles armis, & indomito furore machinati ſunt, quatenus nitebantur immaniſſimi Barbari impie Sanctuarium Chriſti conculcare: Verum diuino numine Vanus fuit eorum furor. In iſtis omnibus Rex Catholice conſolari te debet potentiſſima Chriſti defenſio in cuius manus cor Regis vertitur, & vbi voluerit inclinabit illud, humanæ fragilitatis flebilem conditionem ſenſit propere nimis, intempeſtiue nimis, pręuius, Auriga & ſignifer noſter, qui ſtatim natus miſerias, & dolores vt homo ſēſit in puriſſimi ſanguinis effuſione Octaua Natiuitatis ſuæ die. Quamobrē noli tu malis cedere Philippe Optime, ſed cōtra ito audētior, ito audactior intrepidus conſilio audax prudentia, qui ſupremo Iure ſplendeſcis, ac pręomnibus in maxima authoritate impauidus exiſtis, doceat te Inuictiſſimi patris Caroli Cęſaris Vnicum exemplum qui nunq̄ fortunæ in aliquo cedebat, quinimo plus vltra eundum fore diuinitus aſſerebat. Moneat te īgenua natura optimi, mores, exculti, quibus ſemper altus a puero nutritus a maio-

ribus educatus fuiſti, enitere pro viribus corpore qui-
dem eſſe laborioſus in terris, vt multo maiora amplio-
raque in dies pares iam partis Regnis feliciterq; auitis
accumules quotidie maiora, animo vero cęleſtia con-
templare, intuere, meditare, iugiter ſedulo quarum
cauſa regnas, in humanis degis, vt primus dominator
imperitas & ſupremus imperas dominaris, vno recte
poteris terrena peragere eorũq; diurna pericula ſuſti-
nere, altero preuidere valebis ſagaciſſimus, vtilia, op-
portuna decenter. Corpora ſiquidem moderatis la-
boribus, anima vero ſtudioſis Orationibus augeť, cor
roborãtur, vno labores mediocres exercebis, altero im
pauidus quecunq; difficilima ſuſtinebis & ſuperabis
ſic teipſum vinces, ſic latius regnes, potẽtius domina
beris quam ſi remotis gadibus libiam iũgas & vterq;
pęnu ſeruiat vni, exiſtima nihil eſſe in humanis rebus
firmum, nil ſub cęlo ſecurum, nil tutum, nõ ſemper ſe-
renum eſſe id quod videtur ſic neq; in proſpera fortu-
na exiſtes vltra modum lætus, nec in aduerſa pter de-
bitum triſtis, in iſta nõ frangeris in illa non extolleris,
in vna non timidus, in altera nõ tumidus prodibis, ſu-
per omnia appete iuſtitiam cunctarum virtutum pre-
cipuam Reginam, hanc exerce, hanc vehementer ama
expecta ac exopta ſupremũ Dei Tribunal ante quod
nos omnes manifeſtare opportet quo tẽpore omnia
innoteſcent cunctaq; cunctorum cunctis arcana pate
bũt, iſtam diem exopta vt Catholicus Rex Iuſtitię cul-
tor eſto non ob animi imbecillitatem, verum ob tuam
mãſuetudinem rectam mẽtem, qua fulges, corruſcas,
ſplẽdeſcis, vt præcioſa gemma preſenti noſtro ſeculo

quo te diuinitus datum in regem omnes cognoſcunt & lætantur, eadem itaq; clementia, qua ſoles in omnibus ſuſcipe nunc lętus prompto, animo munuſculũ: Orationis de humana rerum fragilitate intuere, tuere illud, in cuius rei mediatorem delegi potiſſimũ ex omnibus patribus purpuratis vnum tibi gratiſſimum ex virtutibus & meritis ſuis Franciſcum Paccecum Cardinalem ampliſſimum, quem ob ſingulares præſtantiſſimaſq; animi dotes nedùm diligis, verùm etiam amas enixè admodum: Hunc tota Romana Curia ſuſpicit, & in maxima reuerentia habet, hunc Hiſpania in Protectorem ſuum aſciuit eiuſdem viri ornaméta, grauitas, exiſtimatio, auctoritas efficiet procul dubio, vt gratiorem & chariorem apud te locum habeat munuſculi mei oblatio, hic duo tibi promptiſſimus libentiſſimus exhibeo Rex Catholice corporis labòres vultus mei proprios ſudores, necnon & animi tibi deuotiſſimi promptitudinem; offero duo minuta æra paruulos nummos & ſi non munera digna tanto ampliſſimo nomine, ac ſummo honoris gradu, quo conſtitutus es, cũ paupercula tamen vidua in gazophilatium domini mei ponã æra minuta duo, quæ noli aſpernari, immò ſuſpice, ſuſcipe (quęſo) dilige, nõ neglige, qd ab hilari proficiſcitur animo, recordare quòd reſpexit Deus ad Abel primo, deìde ad munera eius, Tuq; Pater ampliſſime qui me toties ſucceſſiuis temporibus ore pronũciantem in Sacroſãcto Sacello Pontificum benigniſſime audiuiſti, nũc hac temporum occaſione pro tua humanitate (quæ maxima eſt) in ſcriptis numen, & opem tuum implorantem, & requirentẽ ne deſpicias

apud Regem commendatione, & locupletiſſimo teſtimonio tuo me commẽdatum habeas: Franciſcus hic Franciſcum, vocat deprecatur, exorat: da hoc vnum ſimilitudini nominis quæ potiſſima eſt ad conciliãdos hominum animos pro cuius incolumitate Deũ Optimum in defeſſa Oratione deprecabor, cui Regias manus omni reuerentia deoſculor; vota veſtra felicitet qui omnium bonorũ dator eſt, & vtriusq̃ vota in dies magis ac magis feliciora reddat; pugnat pro te acriter Chriſtus demũ in difficillima qualibet, & periculoſa prouincia feliciter pro te dilectiſſimo filio obtinebit tibi, quo pugnante quis nam alius vincere ſperat? tũc ſi conſiſtant aduerſum te caſtra potentiſſima, & muniſſima non timebit cor tuum, exurget ipſe ſtatim diſſipabuntur omnes inimici tui, fugiẽt quicunq; oderũt te à facie tua potẽtiſſima, quo vno auſpice dicere poteris, intrepidus, in pauidus, veni, vidi, vici, quod Cęſaris erat proprium vel (melius loquẽdo) cum ſanctiſſimo maximo què Patre tuo Cęſare Carolo aureum illud dices à ſe ipſo excogitatum, veni, vidi, Chriſtus verò glorioſiſſimus omnia vicit; exiſte hęres vt paterni nominis, ſic etiam paternę religionis, cuius columna exiſtebat, quę te ac tua omnia tutiſſime conſeruabit, ac in fidiſſimo armario quęcunq; tua optime reponet, Bene Vale: diuq; viue fęlix.

apud Regem commendari cupis, & [illegible]
ma [illegible] habeas. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Chriſtianiſſimi in [illegible] habuet, & [illegible]
pręſertim [illegible] pro [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] omnes [illegible], fugere quicumque [illegible]
ce î facie tua poteſtâte, quo vno auſpice dicere pote
ris, [illegible] veni, vidi, vici, quod Cęſaris
erat [illegible] (vt [illegible] loquêdo) cum ſanctiſſimo
maximo [illegible] Patre cum Cęſare Carolo [illegible] aliud
dicas [illegible] veni, vidi, Chriſtus vero
glorioſiſſimus [illegible] exiſſe heres vt paterni no
minis ſic etiam paternę religionis, cuius columna exi
ſtebat, [illegible] conſeruabit, ac in
[illegible] reponet,
Bene Vale: Ildephonſe [illegible]

MORTEM in olla exiſtentẽ, ab Eliſeo propheta Dei expurgatã, emundatam, emendatam, miſtico ſenſu hodierna oratione breuiſſime cõplexurus, ingreſſum progreſſum, & egreſſum humanæ vitæ, ſtatus, ac conditionis p̄ oculis examinãda ponemus verum terminum, ac ſcopum ita prefigentes, & quia de facili quælibet res ad ſuam naturam reuertitur, non mirum Pater Beatiſſime nam in habentibus ſymbolũ iuxta dictum ſapientis facilis eſt tranſitus, ideo iure merito benigniſſima mater, & parens omnium Sancta Eccleſia, hodie cineris aſperſi lugubri miſterio, finem exitum, atq; terminum vitæ incertæ noſtræ labentis cito vt aqua, currentis citius vt aura læuis, ęuaneſcentis citiſſime ad inſtar flantis venti, ſic vnico facto repreſentat, memento homo quia cinis es & in cinerem reuerteris, hoc ſacroſancto ſpectaculo Cardinales ampliſſimi reprimatur vanitas precedentium temporũ, comprimatnr rationis fræno: accedente etiam pęnitenti animo, faſtus, ambitio, colligat ſeipſum homo, reſipiſcat, ad bonos mores reuertatur: qui ſe cinerem, terram, puluerem, & vmbram agnoſcit, ad veram & ſolidam, fęlicitatem aſpiret, rerum fragilitatem contempletur, & contemnat, ſeipſum meditetur, cõditionem ſuam omnium animantium teterrimam cogitet, nam ſi peccat ſtatim peccati ſeruus efficitur, ſi ſtat videat &

timeat ne cadat, ſi ſanus conualeſcit curet ſanitatem; ſcriptum eſt etiam de medico, vt curet ſeipſum, qui eſ rectus eſt non enim per ſe ſtat, per ſe cadit, ſi concidit vereatur ne ſit ſolus, vè ſoli, quia ſi ceciderit nō habet ſubleuantem, ſoli (dico) a gratia Dei, nam poſt prolapſum tunc difficilis eſt erectio, ſubleuamē, ſi ridet time at fletum inſtantem, pendentem, minitantem atq; cō comitantem, vt ſocium fidum vitæq; humanæ indiuiduum achatē, extrema namq; gaudij luctus occupat quod ſecus eſt in pio religioſo viro, cuius breuē, atq; modicum luctum, conſolatur ſequēs, perpetuum, honeſtiſſimum gaudiū, Beati ergo qui lugēt quoniā ipſi conſolabuntur, benefacere, lætari, gaudere, hoc eſt illis proprium, quos exhilarat lætum teſtimonium conſcientiæ ſuæ, iſtis veſpere morabitur fletus in matutinum letitia illis totum oppoſitum cernitur, de quorū feſtiuis diebus dixit alias Ieſus: Aſcendite vos ad diē feſtum hunc, ego autem nō aſcendam, horum gaudia luctu concomitante ꝑpediuntur, nonnè ſcriptum eſt de impio cuius cor conſcium ſui ipſius veluti mare fluctuat, trepidat vbi non ēſt timor, ſperat, vbi nulla eſt confidentia, neq; ſpes, continuo ingruentibus vndis hinc indè ad flantes ventos agitatur, ventis cōcutitur, procellis verberatur, in maritimo ſynu periclitatur iugiter ideo occupantur, funeſta reddūtur illorum gaudia, o ſanctum fletum iuſti in gaudio, & iucūditate totum poſitum, de quo ſcriptum eſt, lętamini in domino, & exultate iuſti, gloriamini omnes recti corde, gaudete rurſus & exultate, quoniam nomina veſtra deſignata ſunt in cęlis, & in libro vitæ redacta merces ve

ſtra, copioſa nimis: verùm infelicem fœlicitatem, ſub triſtem lætitiam, falſam, fallacem, laruatam impij ſub imagine vmbratili repręſentatam, de quo ſcriptū eſt; peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis fræmet, & tabeſcet deſiderium peccatorū peribit, euaneſcet omnino, ſicut aqua ſuper uacua, ſicut fęnū tectorū, quod priusq̄ euellatur exaruit, exurge Deus, & diſſipentur inimici tui, fugiant omnes qui oderunt te à facie tua, quia dilexiſti iuſtitiā, & odiſti iniquitatem, propterea conterantur omnia mundi gaudia, vna die, vna hora, minimo puncto temporis abſumantur, conſumantur qui ſecus nouit, qui aliter ſenſit, in cimerijs verſat tenebris, errat, allucinatur, fallitur, decipitur, ò dementiam hominum, ò amentiam deperditam, ò vanam rerum fragilium, cupiditatem, nam (vt ingenue fatear) quæcunq; nata interiere, demum interibunt omnia mortalia, quo nam Romanorum abijt imperium ſummum, qui totum terrarum orbem potentiſs. armis perdomuerant, Prouinciarū ſortitiones diuidantur, mittatur in ſiciliam lęntulus, in mitridatem Pompeius deſtinetur, ducat quæſo in cimbros exercitum Marius, triumphet ex Macedonia Paulus, ò falſos, & ambitioſos nimi mores, perierunt omnes, à primo ad vltimum conciderunt omnes, indigne debemur morti nos noſtraq;. Quo tēpore vocat nos Deus, vt alio migremus ad primā vocationē eundum eſt, debet conductor domus ad primum iuſſum domini locatoris ſtatim recedere, ne in ciuilitatis ſuę quandoq; & temeritatis pęnas dare cogatur, ea lege nati ſumus, ea conditione, eo pacto, vt naturæ ſatisfaciamus, qui potuerunt mortem

aufugere ſtrenuiſſimi illi gladiatores antiquiſſimi, nõ ne perijt ille, pacidianus, qui pacem oderat gladiator nobiliſſimus perijt Milo Crotoniata valentiſſimus pe= riere demum quotquot in olimpijs Coronas meruere quid profuere illis falſæ diuinationes, auguria, ambi= tioſa omina, aruſpicum vana reſponſa, auſpicia, artes magicæ, improba veneficia, acceptæ ſortes, faſcinatio nes mendaciſſima oracula, vaticinia boni genij, ſorti= legia, ſacrilegia, deceptiones demonum, opera homi num, miſteria falſa, illuſiones, ſpectra, impia ſomnia, læuitates, ambitioſæ, corruerunt, & ipſi in illuſioni= bus ſuis impijs, nihil ita firmum, ita conſtans, & durũ perſiſtit quod non temporis longa diuturnitate abſu= matur, duriſſima marmora tandem contrita frangunt, eliduntur, ferrum rubigine obſitum cõſumitur & cor= rumpitur, nonne columnæ vaſtiſſimæ ab hercule prę fixæ ab inuictiſſimo Patre Carolo ampliatę, & plus vl tra feliciter propagatæ. nunc conſumptæ ad nihilum redactæ cernuntur, nonnè immenſus obeliſcus quo cineres victricij Auguſti Cæſaris reconditi ſeruabant nunc fractus, infruſtra deiectus, ac proſtratus in vrbe aſpicitur, hanc corruptionem vidi ego, & obſeruaui diligentiſſime in ſtantibus, & remanentibus antiquita tibus marmoreis quarum curioſus, & ſtudioſus inda= gator non mediocri exſpenſa ſemper exſtiti, nonnè ta bulas æneas duodecim tabularum tẽpore nõſtro ſci= ſas conquaſſatas, pendentes intuentur homines, om= nium rerum facies tempore procedente mutatur, vbi ſunt Cardinales ampliſſimi regna potentiſſima Aſſiſio rum, Perſarum, Græcorum, vbi pater euagoras qui ma

ximis periculis ſumum principatum recuperauit, vbi Teucrus, ille græci generis Princeps, qui vrbem ipſis condidit, & regnum diſtribuit, vbi nam Perſarum potentia, vbi regia dignitas tanta Magnitudine exculta, vbi vaſtiſſima Sicilia a Dioniſio tyranno recuperata, liberata, inter maximas græciæ ciuitates erecta, vbi optima adminiſtratio in Republica Carthaginenſium & lacedemonicrum, mors hæc omnia extinxit, quæ etiã ſaxis, nominibus què venit, omnia ſoluit, omnia tollit, vbi Babylon, quo lacedemon, & Athenæ, vbi ampla Roma, ſuperba ædificia, ſtriatæ columnæ, Theatra ſpacioſa, fora, Baſilicæ, Piramydes, ſtructuræ, pulcherrima templa, frequentia loca, delicioſa Balnea, laſciui ludi, curię ſpacioſæ, & quamplurima huiuſmodi ſpecioſa, hæc tempus omnium rerum edax, & vorax abſumpſit, quid mirum, quid nouum abſumit omnia alia, quæ nobis chara eſſe debent, Parentibus liberos arripit, antè diem liberis parentes tollit, ciuibus patriam dulciſs. adimit, Patria Ciues gratos defraudat, viris ſurripit honeſtatem, honeſtate viros ſpoliat, magiſtratibus dignitatem non relinquit, Verùm enim verò ſoletur nos, doceat pariter & moneat, vna commemoratio ſeruij ſulpitij, qui cogitabundus in nauigatione poſitus, ex aſia rediens: cum ab Egina Megaram verſus nauigaret, cæpit cogitatione perculſus, regiones circum circa proſpicere, intueri, oculis ſagax, luſtrare ſic, que perculſus dolore meditabatur, ſingula loca poſt quem erat Egina ãte megara, dextra Pyreus, ſiniſtra corytus, quæ oppida olim florentiſſima fuere, nũc proſtrata, & diruta ãte miſerabiles oculos iacent

hic excitet nos iſtud exemplum, & in aduerſa fortuna ſimus noſmet expreſſores declaratores, viciſſitudinis noſtræ cogitatione, & meditatione cõditionis humanæ, in proſpera ne gloriemur, ne tumidi incedamus, ne efferamur ſupra nos; immitemur quæſo, æmulemur ſaltem in hoc vno inſigni facto pcones antiquos ludorum gimnicorum, qui cum ceteris coronas impoſuerunt victoribus, eorumq; nomina magna, & intrepida voce pronunciarunt, ipſi vero cum ante ludorũ miſſionem corona donãtur alienum preconem adhibent, ne ipſi ſe victores ſua voce pdicent, expectemus alienas laudes aliunde, expectemus victoriam noſtrã que in celis eſt, vbi preparatur corona immortalis reddenda à domino in die illa nouiſſima, ijs qui pij & miſericordes vixerunt, Ad te meum conuerto ſermonẽ Phillippe Rex potentiſſime, ad vos Cardinales ampliſſimos, quos omnes Deus in maxima dignitate poſuit, collocauitq; in æminentiorem locum, ideo vt ex illo perinde ac ex alta quadam ſpecula aliorum calamitates, & miſerias contemplemini, illis ſubueniatis ſerio ſuccuratis qui in habiles, impotentes, tenues, atra fame pereunt, & concidunt miſerabiliter, quot infeliciſſimi in neceſſitatibus conſtituti, inedia confecti, ægeſtate pallida opreſſi, in opia, & mendicitate obruti, concidunt, dilabuntur, periclitantur, & non poſſunt inde reſurgere, iſtis date manus, hos erigite, ſubleuate, ſi & vos ſubleuari erigiq; exoptatis, date & dabitur, gloria noſtra in cælis, conuerſatio noſtra in celis reſeruetur, vbi non coronabitur, non præmiabitur, nõ remunerabitur, non brauium victoriæ reportabit, niſi

qui legitime certauerit, clarum eſt ꝙ finis non pugna coronat, perſeuerandum eſt itaq; ſerio, perſiſtendum ſedula, & ſolerti opera, non enim ioco ſed ſerio agendum eſt, non qui inceperit, ſed qui pſeuerauerit vſq; in finem hic ſaluus erit, huic corona debetur in ſtadio veri Herculis currēti, quid certi, quid tuti, quidue ſecuri, habere, ſperare, aſpirare, expectare, poſſumus quatenus peregrinamur a domino? clarum eſt ꝙ non habemus hic ciuitatem permanentem, nullius rei certæ poſſeſſores ſumus, ſi ſapientes ne gloriemur in ea quia mutuatitia eſt, à domino tradita, ecce plusq̃ Salamon hic, ideo eſt gloria patris quia filius prudentiſs. ſi diuites ſumus, ne iactemus in diuitijs, quia accomodatitię, quæ ſi affluāt nolite cor apponere, in iſto filio pater poſuit omnes theſauros ſapientię, & ſciētiæ ſuæ abſconditę, non in iſto theſauro, erugo, & tinea demoliuntur, nec fures furant diues eſt, dominus in oēs qui inuocant illum, hunc filium conſtituit ęternus Pater hęredem vniuerſorum per quem fecit & ſęcula, turſus ſi fortes, ſi ſtrenui, ſi potentes, ne tumidi efferamur ſupra nos, quia precario iure conceſſa eſt omnis fortitudo, ab illo, qui fortior eſt Sanſone fortiſſimum Herculem fortitudine ſua debellauit, contriuit, iactenus itaq; cogitatum noſtrum in domino, & ipſe nos enutriet, recte gloriemur cū Paulo in infirmitatibus, doloribus, & ærumnis, in quibus quanto debiliores facti tanto fortiores exiſtimus, quia virtus in infirmitate perficitur, in tribulatione dilataſti mihi (inquit ſacratiſſimus vir) gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu domine benedices iu-

ſto ſi cinis, vmbra, puluis terra, ſumus, in quo magis, gloriari poſſumus, quam in palleis, ſtipulis, bulla, fę no folio, a vento rapto ſtipula ſicca, quæ omnia ſimili nota ſe ſecum comitantur, & vitæ noſtræ comites exiſtunt cõtinui, ecce paſſiones, dolores, ægritudines hic labor, ſanies, dolor, oppreſſio, amaritudo perpetua, ecce triumphos, trophea, cõditionis noſtræ falla ciſſimę ſi ciuis ſumus quid magis appetimus quam fumum, cineris filium, a cinere procreatum, qui niſi abſit ignis non proderit, ignem dico charitatis, amoris, agẽdum eſt humili animo, remiſſa mente, melius eſt cędere quam contendere, ſatius eſt flęcti quam frangi ad inſtar arbuſtorum, quæ humili ceruice ſeſe reflectũt cinis procreat puluerem cineris ſotium, vmbram, ex cinere confectam, memento homo inquit ſancta eccleſia, quia cinis es & in cinerem reuerteris, quam fallax fugax, vana, ambitioſa, fragilis ſit humanæ vitæ conditio, hac vna lectione docemur, monemur, quę & mouere, & coercere animos noſtros omnino debet hæc docet nos veram ſcientiam perfectam, doctrinam in multis diſſimilem ab illa quam didicimus, hic heus videamus quam contraria ſit ſacroſancta ſchola humanæ doctrinæ & traditioni, ſequentibus argumentis facile demonſtratur, qui nihil poſſidet omnia habet iuxta illud nihil habentes, & omnia poſſidẽtes, qui prudens eſſe deſiderat ſtultus fiat, nam imprudens, prudẽtiſſimus iudicatur ſic gloriabatur ille nos ſtulti propter Chriſtum ad hanc hortamur omnes, vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ, nonne elegit Deus ſtulta mundi huius, vt confunderet prudentia

delegit

delegit debilia vt fortia debilitentur, ac pudore cfrũn dantur ſurgent indocti & rapient cęlum quia ſapienſtia huius mundi ſtultitia eſt apud deum quos deſpectiſs. habemus illos Deus in maxima exiſtimatione reputat, amen dico vobis quia publicani, & meretrices pręcedent vos in regno meo non mirum nã ſapientia inflat, charitas autem ędificat pdam (inquit) ſumma veritas) ſapientiam ſapientum & prudentiam prudẽtum reprobabo, ad hanc ſtultitiam demum ſacra pagina nos hortatur ſępius, & inuitat, verum vlterius progrediamur in hac ſchola non poteſt quis eſſe primus niſi ſit vltimus, audite præceptorem ſic docentem. Qui voluerit inter vos primus eſſe ſit veſter miniſter, non extollitur niſi qui prius deprimitur qui ſe humiliat exaltabitur, erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi, hoc ſatis demonſtratur in illa hiſtoria cum iuitatus fueris ad nuptias recumbe in nouiſſimo loco, vt veniat qui te inuitauit & dicat, Amice aſcende ſuperius, qui vult eſſe adultus neceſſe eſt omnino vt ſe paruulum prius demonſtret, niſi efficiamini ſicut paruulus iſte, non intrabitis in regnum cęlorum paruulis ſolum datum eſt noſce miſteria Dei, iſti inuitantur, iſti trahuntur, iſti alliciuntur, ſinite paruulos venire ad me infantes, paruuli, & lactantes, docent, cęteri diſcũt ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem domine, de quorum infantili ore fluunt verba dulciora ſuper mel & fauum, non efficitur fortis non corroboratur, niſi qui infirmatur, quanto debilior tanto fortior, iuſti debiles facti ſunt in bello fortes, hæc eſt gloria veſtra infirmitas veſtra diuites demum fame peri-

ent, inedia conficiuntur, pauperes ſatiantur, eſurien-
tes (inquit ſacroſācta mater) impleuit bonis & diuites
dimiſit inanes pauperes ſpiritu, mundi corde, trium-
phant, epulantur, vigent dominantur, & quia Deum
videbunt ſapientes erunt, ſcriptum eſt pauperes euan-
gelizantur, o periculoſum ſtatum diuitis, conditionē
infœlicem in qua nihil ſecuri polliceri ſibi poteſt ho-
minis conſtitutio, habitus, valetudo incerta, fallax
fucata, exiſtit, lubrica vacillat quotidie, indies magis
ac magis mutatur, ſubſiſtit, alteratur, dimouetur, va-
riatur, corrumpitur, non permanet non durat, non p
ſiſtit in eodem ſtatu, momento temporis, multis miſe
tijs agitatur, breui tēpore abſoluitur, quaſi flos egre
ditur, conterritur ſtatim, fugit velut vmbra, ſexentis
morborum generibus obnoxia, ac ſubiecta exiſtit vi
tæ noſtræ tenuis compago, tanto eſt diuerſarum rerū
varietas, tanta eſt diſcors cōcordia, tanta repugnantia
qua compacti, & fabricati viuimus, vt vix nullam ho-
ram nobis firmam nec polliceri, nec promittere poſſi-
mus, hic libet mihi aliquantulum philoſophari (ne
vlterius progrediar) & philoſophando ratiocinari ni
hil eſt ex rerum varietate compoſitum, quod non faci
li labore diſſoluatur, videmus hoc diuina experiētia
cuncta quæ gignuntur corporea animantia ex qua-
tuor elementis conſtare vt recte primus omnium do-
cuit Empedocles, & plures alij philoſophi aſſeruerūt
hæc diſcors concordia, repugnans diſcrepantia, non
ſolum nō perpetua ſed nec quidem diuturna eſſe po-
teſt, verum q̄ primum alterum ex his non bene con-
gruit, non recte quadratur, non optime conuenit qui

nimo ſupereſt, dominatur ſuperfluũ extat corruptio ſtatim vt ſequatur neceſſe eſt, hinc atra, & flaua bilis, facile contrahitur, quis non videt clarius ſole oculis proprijs, manibus palpitat experientia diſcit in noſtris corporibus ineſſe aliquid ignis, aliquid aeris, non parum terræ, non nihil aquæ reperiri, terræ natura in carnis pagine refertur, ideo cantat ac inſtat Sancta Eccleſia ſępius repetendo memento homo quia cinis es, & in cinerem reuerteris, humores in ſanguine oſtenduntur, demonſtrantur luce meridiana clarius, aer per ſpiritum optime ſignificatur rurſus ignis in calore vitali deſcribitur quid ergo mirum eſſe debet ſi græce homo microcoſmos dicitur ideſt paruus mundus in cuius mole ſtructura, & corpore fabricato mira arte formato quæcunq; cernuntur quæ in vaſta, & admirabili machina conſpiciuntur flat aer callefacit ignis germinat terra madefacit aqua cum large huiuſmodi diſcordia concors tanq̃ repugnantia quædam nobis inſit ita vt ad exiguum tempus iſta tẽperies ſit in nobis permãſura omni fere morborum genere omni ægritudinum periculoſa diuerſitate laboramus angimur torquemur cruciamur enixe admodum affligimur demum non obſtante firma robuſtaq; corporis conſtitutione febribus doloribus cruciatibus victi, nihil iuuante natura nihil auxiliante conditione, ſic oppreſſi mortem occumbimus ſic compreſſus, & oppreſſus homo tandem concidit, naturæ concedit, cędit humanę conditioni, diem ſuum obit extremum; ſatisfacit communi fragilitati in morte, quę ſuas vires & virus crudeliter quandoque effundit, euomit furo

rem, vibrat potentiſſima tela, vt iracunda, nemini par cit ſęuiſſima hoſtis hæc eſt gloria noſtra, patres trium phus noſter hic eſt hæc pallia hi pilei hæc brauia cō ditionis noſtræ, fugacis, breuis, fallacis, hi riſus, qui a luctu occupantur, hæ feriæ, quas funeſta pompa decorat, hæc trophea, victricia, triumphantia, quæ plantu & dolore ſocio terminātur, finiuntur, abſoluū tur, & quia quęlibet res vt in initio fui præfatus de fa cili ad ſuam naturam reuertitur, & in habentibus ſym bolum facilis eſt tranſitus, ideo corpora noſtra quæ cinerea ſunt, cinere fabricata ſubſiſtunt, in cinerem ſta tim reſoluuntur, diſſoluuntur reuertuntur, eo rediere vnde abiere omnia nam terra terræ redditur, anima cę lo reſtituitur, o tranſitum, o permutationem princi pio ſimilem, ſuo initio conuenientem, ſed vt ad maio ra aſpiremus ad maxima anhelemus toto pectore om ni ſtudio, integris viribus contendamus, indefeſſi, ala cres ſtrenuiſſimi, ad fęlicitatem animi, ad immortali tatem mentis aſpiremus ſic ſuperabimus cinerem, vin cemus fragilitatem carnis noſtræ recte viuendo, pie & ſanctiſſime nos gerentes, ac regētes ſenſus noſtros ĩ hac lachrimarū valle in qua gemimus in qua clama mus: Aba pater: vt exules vt relegati infelices Euæ fi lij in qua ſuſpiramus iugiter continuo gemitu & flętu a tortoribus inhumaniſſime detinemur, vrgemur, prę mimur, torquemur, vexamur, a patre Adam, ab infęli ciſſima Eua prima matre miſerijs repleti inter lachri mas, amaritudines dolores fletus continuos collocati nil ſuaue, nil iucundum expectari debemus, ſi pere grinamur quænam eſt permanentis ciuitatis ſpes, quę

requies noſtra, ſi erramus in tenebris que nam eſt lux dux quod lumen, ſi in valle lachrimarum degimus, quam conſolationem expectamus, ſi eſurientes & ſitientes continuo indigemus, quomodo ſaturabimur, ſi denium captiui tetro carcere incluſi detinemur, quomodo liberari poſſe credimus, non hic ſperandum, nec expectandum eſt quidquam boni, exeundum eſt migrandum, aliò recedendum, Sic eueniet tandem vt poſt abſolutum iter, poſt peractam peregrinationem in ſinu Abrahæ fæliciter requieſcamus luceat nobis lux perpetua in æterna illa, & fęlici patria in ſancta habitatione ſanctorum ciuium, & domeſticorum Dei in qua nullus luctus nullus męror nullus fletus commoratur verum obſterſa ab oculis omni lachrimarũ amaritudine omni fletu iucunditate, & fęlicitate fruimut ſempiterna. Verum caueamus pro viribus ne ex demeritis, & culpa noſtra, irreligioſe viuentes iracundam domini vocem audiamus, ite maledicti in ignem ęternum, vox eſt excluſionis, ſegregat, vox iſta ſeparat diuidit, ſeiungit, oues ab hædis, bonos a malis, pios ab impijs, electos a reprobis ſeiungit, diuerſo ſchemate differenti nota diſcrepanti ſigno illos notat, o ſigillũ varium, o malum fatum, o indignitatem magnam illorum, qui vocem hanc excluſiuam eiecti ſeuere audiunt, iſta licentia comeantur, abdicantur ſerui a dominis, iſta excluduntur, expelluntur improbi filij ab irato patre, ite, diſcedite, hanc querelam ſatis adauget, multoq; accerbiorem facit ſequens dictio maledicti, iſta priuantur omni benedictione, quolibet ſolatio defraudantur, quacunq; conſolatione ſpoliantur, in

maledictione mancipati moriuntur, in furore atq; indignatione confuſi recedunt, ideo iraſcuntur, dentibus ſuis fræmunt, ac tabeſcunt fletu continuo, per amaro dentium ſtridore conficiuntur anguntur, torquentur, quorum deſiderium omnino perit, hac euaneſcit, vlterius ad hæc accedit deſtinatio illa, detruſio mancipatio, flebilis, luctuoſa nimis, in ignem æternũ voraciſſimum, rapaciſſimum, ſurgentem in altum, flãmis, fauillis, ſcintillis æſtuantem, micantem, cõtinuo vrentem, conſumentem, intrinſecus torquentem cruciantem, omnem dolorem ſæuitiam, inhumanitatem in ſe habentem, o ignem penitus contrarium ſanctiſſimo igni charitatis, ille ſolatur, iſte deſſolatur, ille calefacit vrendo, iſte vrit calefaciendo deſtruit, perdit, ille ędificat & conſtruit, iſte deſtruit atq; perdit, ignis eſt æternus in malo, peſſimus, perpetuus in gemitu, continuus in cruciatu ſæuiſſimo, ſemper vrit, torquet continuo, conſumit iugiter, nunquam deficit, nec extinguitur, totum hominem conficit, extremo cruciatu detinet, hunc ſenſit purpuratus, falſus diues, licitè eo extremũ linguæ refrigerari exoptabat, lazari tũc fæliciſſimi, in ſynu Abrahę quieſcentis enixe ſolatium flagitabat, vt ſaltẽ intingeret extremũ digiti in aquã, ſicq; miſerimi linguam refrigeraret, verum abſit a votis noſtris, a deſiderio & cogitatione, abſit a moribus ab inſtitutis noſtris ignea flamma, ideo laboremus, operemur ſerio in cultu vineæ dominicæ, bonis operibus, contendamus, proficiamus in dies magis ac magis quo diuino auxilio adiuti, corroborati, confirmati, afflante ſummi Dei gratia poſſimus gratam, ſuauem

vocem ſic gratioſe in auribus noſtris reſonantem au-
dire, venite, accedite, appropinquate lætiſſimi, dilectiſ
ſimi, benedicti omni benedictione cæleſti, omni gra-
tia a patre meo confirmati, æterni Patris benedictio-
nes ſupra vos & capita veſtra deſcendant, vos filij mei
eſtis cariſſimi, creſcite ſicut nouellę oliuarum in circui
tu menſę, quam paraui in conſpectu veſtro iam dudū
aduerſus eos qui tribulāt vos, & pſecuti ſunt nomina
veſtra, ideo poſſidete regnum lætiſſimi vobis paratum
a conſtitutione mundi ita fiat ita ſperamus, hoc tādiu
expectabimus, exoptabimus omni gaudio quamdiu
militantes in hac continua militia æternam fælicita-
tem qua frui ſolum pijs, & religioſis hominibus datū
eſt ſumma cum gloria attingemus ad quam non ſecus
ac ad mōtem Synai excelſum qui Chriſtus eſt tandem
perueniemus effugientes vitantes abhorrentes pro vi
ribus noſtris furorem immaniſſimum vim violentam
ex peccatis noſtris prouenientem, ſæuitiam inhuma
nam crudelitatem atrociſſimam, quæ omne crudelita
tis genus ſuperat, tremendæ diei nouiſſimæ funeſtæ,
horrendæ nimis ſcitis inhumaniſſimis barbaris duræ
ac odioſæ de qua ſcriptum eſt. Dies illa, dies iræ cala
mitatis & miſeriæ infelicitatis plenæ amaritudinis re-
fertæ, dies magna; & amara funeſta valde, a qua libe
rare nos velit ille qui viſitauit infernum portas ęneas
confregit ſumma potentia, ac auctoritate ſua, dedit
eis lumen vt viderent qui erant in pęnis tenebrarum,
Ille (inquam) qui dat niuē ſicut lanā, & nebulam ſicut
cinerē ſpargit.

DIXI LAVS DEO.